

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Gloria mala siue uana u
cum fonte primo

Nichil enim ita pecunias concipiscere facit ut glorie cupido.
Propter hoc namque famulorum greges,

equos auro opertos, et argenteas mensas
expetunt homines,
non ut utilitatem aut uoluptatem impleant,
sed ut multis ostendantur.

Crisostomus super Mattheum.

Nichil enim ita pecunias concupiscere facit, ut glorie cupido.
Propter hoc denique et famulorum greges,
et eunuchorum cetum,
et auro opertos equos, et argenteas mensas,
et alia que derisibilia sunt expetunt homines,
non ut utilitatem impleant, neque ut uoluptate potiantur,
sed ut multis ostendantur.

Iohannes Chrysostomus, *In Mattheum homiliae interpretatione Burgundio*, 20 (Biblioteca apostolica Vaticana, MS Vat. lat. 383, fol.79ra, ll.20-28). cf. PG 57, col.288-9, ll.58, 1-6.